



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

Pio Lectori S. D. Paraphrastes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33333

PHILIPPVS MELANCH^{THON} PIO LEC^{TORI} S.

¶ Quisquis est, qui hunc Lutheri commentarii de bonis operibus in sermonem latinum conuertit, ne ille mihi rem videatur valem & piam fecisse. Nam si linguis omnibus ac gentibus communis est Christus, cur non in omnium linguas illius Euangelium transfundatur? quod hoc libello, ut alias sincerissime docet Lutherus, cum que boni operis conditio & natura sit, aperi. Quia in re, ne dici quidem potest, vt fallanturque mendaces quidam spiritus, qui adulterato verbo dei, pro pietate impietatem, pro bonis operibus hypocrisin docuere. Exiges ergo non illorum tantum traditiones, sed & vniuersam vitam tuam, ad haec a Lutheru prescriptam regulam, non aliter atque ad Lydiu lapideum, aurum soler. Et quancumque immenso interuallo dissident pietas & hypocrisis tamen adeo obscurum discrimen est, vt & spiritualibus nonnunquam imponat superstitione. Quo accuratus hec tibi velut hypographa pietates cognoscenda, versanda, & relegenda est iterum atque iterum, quae tocius vitae tuae cursum regat. Interim bene precabere Lutheru, & Euangelio eius, vt & confirmet deus, quod per eum operatus est, & disperdat omnia labia loquentia mendaciū. Romanensem fecem puto, & Sophistas. Vale in Christo. ANNO. M.D.XXI.

PIO LECTORI S. D.
PARAPHRAS-
TES.

¶ Multo, & dignior, & salubrior est hic libellus, quam vi finibus linguae nostrae vernaculae, hoc est, germanicae, in qua natu est, cohibitus, non sit & in alias multas transpondens linguas, pro publica totius Christiani orbis salute. Habet igitur &c, ut cuncti in linguam latiham versum, tamē vnde cuncti autoris sui Christianissimi illius Doctoris Theologiae Martini Lutheri, tum editionem, tum mores referentem. Percam, n. nisi iuraueris, haec legens, deesse & aures, & oculos, & nares, nedum iudicium, quis cuncti tantum virum, haud dubie diuinitus huic seculo, velut alterum Danielem datum, tot diris deuouent, tot contumis sugillant. Nam si hec sunt haeretica, quid obsecro sit Christianū. Bene vale in domino: & nihil prius, nihil antiquius pura Christi Theologia habe. M. D. XX.